



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 61. Calvini secta sensim in Galliis invalescens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

nique Genuam proponerent, Summo Sæc. XVI.
 Pontifici significabatur, quod Societatis A.C. 1556.
 Patres Roma emigrare, suumque con-
 ventum extra Italiam celebrare moli-
 rentur, ut a Pontificis præsentia magis
 remoti ejus auctoritatem, judiciumque
 declinare possent: id vero eorum rebus
 plurimum nocere, exponebatur Ponti-
 fici, eoquod lucem fugere viderentur.
 Re comperta Papa omnium Jesuitarum,
 qui Romæ agebant, indicem sibi tradi,
 eorumque nomina, cognomina, ac pa-
 triam indicari postulat, præcipiens, ne
 illorum quispiam absque singulari venia
 urbe excederet: id etiam effectui da-
 tum est.

§. LXI.

Calvini secta sensim in Galliis invalescens.

Quamvis Hæretici in Galliis seve-
 re castigarentur, atque eorum
 plures rogi etiam suppicio affecti peri-
 rent, nihilominus Calvini secta in qui-
 busdam locis altiores radices agere cœ- 1555.
 perat: quippe Nobilis quidam nomine
 Ferrierus patria Cenomanensis hæreti-
 cos pro sumenda eorum Cœna, preci-
 busque fundendis ad ædes suas clam
 recipiebat: postea vero Parisiis auffuge-
 re compellebatur, cum autem ejus u-
 xor filium eniteretur, ipse palam decla-
 rabat,

Beza hist.
Eccl. l. i. p. 98
¶ 99. ann.

Sæcul. XVI. rabat, quod puerum sacro fonte juxta Ecclesiæ Romanæ superstitiones tingi nollet, veritus, ne infans inde pollutus reverteretur: nec tamen etiam filium suum

A. C. 1556. Genevam mittere voluit, ne forte is in itinere absque Baptismo decederet: quapropter Senatum non nisi ex laicis conflatum convocabat, atque ab eo petebat, ut ex suis quemdam feligerent Ministrum, qui infantem aqua salutari ablueret. Senatus, quamvis mere profanus esset, post crebras altercationes tandem ad ejusmodi electionem procedebat, simulque designabat Joannem Masson, seu Muratorium nonnisi viginti duorum annorum juvenem, qui vulgo Riviera dictus Patris sui Regii Andegavensis Procuratoris indignationem incurrerat. Hunc igitur Senatores Episcoporum munia sibi ausu vere sacrilegio attribuentes Ministrum creabant, eidemque Verbum Dei, ac Sacraenta administrandi potestatem conferebant, quin tamen eo adhuc tempore manuum impositionem adhibere præsumerent. Hæc fuere incunabula primæ Ecclesiæ, quam Calvini Sectatores in Galliis erexerant, ibidemque pauca quædam, ut inquit Beza, disponebantur, prout Ecclesiæ vix natæ auspicia tum permettere videbantur; nam Magistratus, quem Confistorium vocant, Genevensi

haud

haud absimilis, atque ex Diaconis, Su- **Sæcul. XVI.**
perintendentibus, & Senioribus confla- **A. C. 1556.**
tus Anno millesimo quingentesimo quin-
quagesimo quinto instituebatur.

§. LXII.

*Hujus Hærefiarchæ doctrina Aurelia
stabilita.*

Anno sequenti millesimo quingentesimo **Beza l. 2. p.**
- quinquagesimo sexto plures aliæ **III. item in**
Societates, seu ejusmodi Ecclesiæ eri- **vita Calvini**
gebantur, ex quibus celebrior erat Au- **ad ann. 1555.**
relianensis, cuius origo adscribitur cui-
dam juveni nomine Columbanus, qui
Parisiis confecto studiorum curriculo ve-
hementer follicitabatur, ut Aureliæ,
quamprimum eo venisset, ejusmodi Ec-
clesiam fundare aggrederetur: Itaque
Columbanus accepto negotio laboris sui
fios sibi selegerat quemdam Lanifi-
cem nomine Franciscum de la Fie, nec-
non Joannem Chemetum lanæ Carmi-
natorem, sexque alios ejusdem furfuris
homines. Hi Parisios quemdam able-
gabant, petentes, ut ipsis Ambrosius
Ballerus tanquam Præco submittere-
tur; cum autem hic solus novum gre-
gem numero iudicem crescentem pascere
haud posset, hinc datis Genevam ad
Calvinum literis quosdam laboris socios
ab eo petebat, a quo etiam duo alii mit-
tebantur, atque inter eos Hieronymus
Bolse-